



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.XVII. Sancti Patris Benedicti M.XXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

nomine Religionē & meritis virum, ob editum Stenographia opus subtilissimum in suspicionem non solum Magiae vocare ausi sunt, sed & publicè damnare, librōsque omni dignos æternitatem, omnium gentium admiratio-
ne & veneratione, ipsiusmet tanti Præ-
fusilis sanctissima scriptos manu, igno-
miniosissime exurere, quorum tamen
gloriosissimum omnino Vindicem
egit, & assertorem integratam Tri-
themianam serenissimus ac potentissi-
mus Princeps Dominus Dominus Au-
gustus D. G. Dux Brunswicensis & Lu-
næburgensis, Princeps eruditissimus,
& libris novem ignorantiam illam
Censorum adeo temerariorum Orbi
universo prodidit, & sanctissimam me-
moriae Principi Ferdinando II. Impe-
ratori Augusto anno Christi M. DC.
XXIV. dedicavit, sub hoc Operis Ti-
tulo:

GUSTAVI S E L E N I
CRYPTOMENYTICES ET CRYPT-
OGRAPHIE Libri IX.

In quibus & planissima

Serenissimi STEGANOGRAPHIA
Ducis Lat-
datus Joanne Trithemio Abbate Spanheimensi
omnium & Heribolensi, admirandi ingenij
viro, magice & enigmatische
olim conscripsit
Enodatio Traditur.

Insuperis ubique Authoris ac Aliorum, non contemnendis inventis.

Meruimus ipsiusmet serenissimi
Principis dono opus præfatum, nec
fine magna animi consolatione, de
tanto Nominis & famæ Fandi Abba-
tis Assertore gratulabundi, in fronti-
spicio libri tabellæ cupræ inciso,
quantum Trithemio deferret Dux &
tanto post Princeps tantus, facile animadver-
timus, cum Ipse stans à tergore seden-
tum, & scribentis tanti ingenij virum,
meritissimumque honoratus caput,
huic Ducalem suum pileum sive cida-
rim imponerer; summa revera Venera-
tionis contestatione, & memorabili
litterarum & litteratorum omnium
Meccenatis, illorum tantopere colen-
dorum exemplo, potentissimo illos
confundere, qui sepè de viris docti-
simis & meritissimis, stulta & temera-
ria indebitæ sibi gloria ambitione, ne-
quissimè derrahere non erubescunt.
Vivit & vivet æternum Trithemius,

non in perenni solum eruditorum
memoria, sed vel maximè in Religio-
forum omnium peitoribus; Redivivus
quotidie in suis exhortationibus, ne-
que Redivivus solum, sed & resuscita-
tans, & resuscitatur deinceps innu-
meros ad novam & sanctam Vitæ Re-
formationem; de quo tanto Præfule
& Exhortatore merito sibi totus Be-
nedictinus Ordo gratulatur. Evoca-
tur ad superos B. Nicolaus de Prato,
Conceptionis Jmmaculatae Assertor
mirificus, revelato sibi obitus die quem
& diserte alijs prænunciavit. Ipsi
anno Vitæ etiam cursum implet &
communem mortalium viam ingre-
ditur Petrus Gouffier Abbas S. Diony-
sij Parisiensis, frater. Arturi magni
Franciæ Magistri Adriani Sacré Rom.
Ecclesiæ Cardinalis Guilielmi Admi-
ralij, & Aymardi Abbatis Cluniacen-
sis Episcopi Albensis mortuus 8. Ja-
nuarij cum non nisi duodecim annis
præfuerit.

Petrus
Gouffier
Abb. S.
Dionysij
Parisiensis

IESU CHRISTI ANNUIS M.D.XVII.

*Sancti Patris Benedicti M. XXXVII.

IN Italia admirabili effulget vitæ
sanctitate Venerabilis Maria Catha-
rina Brugora Monialis Monasterij S.
Margaritæ Virginis & Martyris Me-
diolani, Congregationis Calinenis;
nata in eadem Urbe anno salutis paræ
millefimo quadragesto octua-
gesimo nono, Patre Bartholomæo
Brugora, Matre Leonora Bolla, in cu-
jus etiamnum infans, stupenda om-
nino signa se prodidere futuræ sancti-
tatis, & tanta quidem, ut in tenella
ætate, altera quasi Catharina Senensis,
in vita reliqua [teste Francisco Ruge-
ro in libro Vita ejusdem Brugoræ ap-
probato] ob creberrimas & Cælestes
revelationes altera Brigitta, ob raptus
atque extrales, altera Catharina Rizzia
Florentina; ob vitæ asperitatem & ju-
ges corpuculi mortificationes, altera
S. Paula à S. Hieronymo tantopere ce-
lebrata; ob suam cum Angelo Custo-
de familiarem consuetudinem altera
S. Francisca Romana habetur. Ut
in hac Redivivam Benedicti Patris so-
rorum scholasticam, restitutum pri-
mævum Benedictinarum Virginum &
Virginum Spiritum, ac minimè ab-
breviatam DEI manum, crudissimo
hoc sæculo merito suspiciamus; & cum

libri

B. Cata-
rina Bru-
gora mo-
nialis
Mediol.

Libri Authore in illa Claudiani consone prorumpamus:

*Quae parquentur in omnes
In Te [o Venerabilis Brugora] mixta
flavum & que divisa beatos Persicium col-
lecta tenet.*

DE U M autem ter Optimum Maximum, in hac elestissima sponsa sua toto corde & animo magnificemus, & veneremur... *Ex via citata.*

Inter praelarissima, hoc etiam anno sydera Ecclesia, & Benedictini Ordinis columnam referendus Venerabi-

*Petrus Qui-
rinus Ca-
mald.*

lis memoria Petrus Quirinus, ex Patricio Veneto sanctissima & florentissima Congregationis Camaldulensis Monachus, de quo supra, sub hoc modo tempus, propter egregiam Virtutem sanctitatem & doctrinam eminentiam invitus admodum & reluctans a latere Beati Pauli Justiniani meritissimi Camaldulensis Reformatoris abruptus, & ad exornandum Eminentissimum Parrum Purpuratorum Sacrae

*Fili S. R. E.
Cardinali.*

Rom. Ecclesia Cardinalium senatum e Cenobio extractus, & Cardinalis renunciatus incomparabile tanti Honoris ipsius ornamentum; inter tot mortalius applausus sibi miserrimus visus & vilissimus, adeo Monachici rigoris tenax, ut eo ipso, quod ad Tantae Eminentiae culmen raptus esset, magiore etiam connisus ad ardua virtutum sibi enitendum arbitraretur, suspectissimam habens mundi gloriam, & ipso purpura contuita expavescens neandum ad sanguinem usque se pro Christo ejusque Ecclesia laborasse. Et mirabil exemplio ceteris Paribus Purpuratis fuit, exemplar veri & solidi Ecclesie Romane Cardinis, cuius constituta Christi fideles omnes salubriter moverentur, & Romani in primis Proceres sacre purpura dignitatem & aetatem noscent, & venerari. *Ex Roma maldinis Monim.*

*Speculum
omnium
Cardina-
tum.*

Eodem anno, ad parem Cardinalitatem dignitaris honorem Romanum evocatus est Antonius Boherius noster ex Gemmetenlis Cenobij Monacho Baturicensium meritissimus Archiepiscopus & Galliarum Primas, qui idem Eminentissimum Orbis Christiani Collegium egregiae Virtutis fama & exemplis, non minus quam Quirinus ante dictus, honorabile reddidit; omnesque numeros veri Cardinalis, &

*Antonius
Boherius
& ipse fit
Cardin.*

Christiana Republica consulis explicavit. Ut nihil porro sit, quod ad hujus anni splendorem desideres, imo habetas quae sufficiant, ad totius saeculi praesentis ornamentum, sequunturorum excitamentum.

I E S U C H R I S T I A N N U S M . D . X V I I I .

Sancti Patris Benedicti. M . X X X V I I I .

Ne cui Regnorum seu Provincia rum cederent Galliarum, amplissima Regna ibi se vel maximè Benedictus prodit Redivivus, primævus exerit Benedictinus Spiritus, non unā, ut supra memoravimus, Lirinensi Insula, conclusus, sed per amplissimas tanti Regni oras effusus, atque intima ejusdem viscera complexus, neque viris foliis, sed & tenerrumis Virginibus, viriliter fortia aggressis, & primævum Ordinis rigorem I ponte refūmentibus, eo rursum successū ut Rex etiam ipse tanta Religiosorum, & Religiosarum in primis Virginum sancta Generositate accensus, ijdē omni modo consultum cuperet, & Reformationi gratiosissime faveret. Et vero licet in plurimis Galliarum Cenobijs, ea diligentia & cura superiorum, res ita fuerint constitutæ, ut nullus omnino in disciplina Monastica defectus appareret, eaque inter Cenobium Illusterrimarum Virginum sancti Petri Remensis, & S. Clotilde Galliarum olim Regina exstructum, & a sanctis Baldérico ejusque sorore Bona restauratum, ab incredibili studio observantia Regularis omni tempore commendatum fuerit & celebratum; provocarum nihilominus sub hoc tempore, recentibus e cœlo flammis multorum accidentibus corda & novum fervorem concitanibus, Religiosissimorum Virorum & Virginum, exemplis & studijs, nulli omnino talium sacri rigoris ultronea ex ambitione cedendum censuit, & in hoc ipso generosissime & gloriolissime elaboravit. Cooperatus strenue Reformationis negotio fuit Stephanus de Poncher, Juris olim Pontificij & Imperatorij Interpres celeberrimus, atque in amplissimo Galliarum Senatu Præsidens, ex Procancellario Francie Archiepiscopus Partiensis, Benedictini Ordinismator & Zelator singularis, cui electo gratulatus Joannes Raulinus noster, ipsum

*Virginum
cum viris
Pia amus
tio.*

*S. Petri Re-
mensis Illu-
strissimum
Cenobium.*

*Stephanus
de Poncher
Promotor
Ordinis.*